

VIRO
 AMPLISSIMO, CLARISSIMO
 DN. JOHANNI BRANDES
 J. U. CAND.
 GOTTINGENSIIUM SYNDICO:
 ET VIRGINI
 HONESTISSIMÆ, CASTISSIMÆ
 MARIÆ-ELISABETHÆ N. S. W. M. M.
 GOTTINGENSI PATRICIÆ,
 SPONSIS FELICISSIMIS
 SALUTEM AC PROSPERITATEM
 P. P. P.
Celebrabantur nuptia GOTTINGÆ
IV. Eid. Nov.

MULHUSI,
 PRÆLO AC TYPIS STANGIANIS,
 ANNO
 CLO LDC XXIX.



OTHO MELANDER IN JOCOSERIIS.

Qui quandoq; sales non immiscere facetos
novit, is indignus, qui voret ore salem, est:
Qui vè recensentem non vult audire lepores,
est lepus, atq; animi non habet ille salem.

FRID. TAUBMANUS IN MELODÆS.

Innocuos censura potest admittere lusus.
Seria qui risu temperat, ille sapit.



ALLOQVITUR SPONSAM

Amplissimus & Clarissimus
DN. SPONSUS

JOANNES BRANDES GOTTINGENSIIUM
SYNDICUS

per anagramma.:

ANNE TORUM SCANDES? IGNITI, SYDUS, OB INGENS.

boc ferè sensu:

Mar Liesken, blinkend Sterre, V Vilt ghy u by my leggen?

RESPONDET

Honestissima & Castissima

VIRGO-SPONSA


MARIA-ELISABETHA RUMANA

per anagramma.:

VAH LIBENS, MARITE! AMA, ARA.

boc ferè sensu:

Well, Mar Johan, min Liefken, ick soud u niet versleggen.



EVOLUTIO.

JURISCONSULTI consensum unire maritos;
& non concubitus, per sua jura probant.
Non culpo. hoc tantum ex Logicis auctoribus addo
à vulgo tritus quod probat ille canon:
*Propter quod tale est unumquodque, est magis illud
tale.* sit hæc primi regula propositi.
Propter concubitus (subsumo) assensus habetur.
Ergo concubitus sic magis unit opus.
Et quid consensus, quæso, sibi poscit? an ut sit
consensus? potius sit, puto, concubitus.
Nimirum statuit Numen, duo corcla ligari
suaviter; atque unam vivere carne duos:
ut crescant, terram repleant, medicamen Adamo
sic quærant veteri; non sine concubitu.
Ergo consensum quicumque à Virgine poscit,
concubitus tacitam sub ratione petit.
Nam consentire est concumbere velle, marito
confortem fieri, velle subire torum.
Quid noster SPONSUS? sine longâ ambage, puellam
hoc rogat; concubitus num velit ipsa suum?
ANNE TORUM SCANDES? IGNITI, SYDUS, OBINGENS
nempe caloris opus; Sydus o egregium!
Uror ego, totus TITIO, teque ambio, flammam
ut molli exstinguas humiditate meam.
Inquit. & hoc ipso causas expromit abundè,
cur roget hunc, toto pectore, concubitus:
concubitus certè, non qualem obtrusit Alanus
uxori, in Venerem frigidus ille Senex:
cum cubito uxoris cubitus conjunxit, aitque
esse hunc in thalami fœdere concubitus:

fed

sed talem, quo nempe torus conscenditur, & quo
foecundum Sponsi comeditantur opus.
Nec nugas nova Nupta meras, velut Uxor Alani,
mensuramvé putat concubitum cubiti:
VAH! (ait ipsa) LIBENS lectum conscendo, MARITE;
crus placet illud? AMA, rus placet istud? ARA.
Sydus Ego, Venus ipsa, tuos superabo calores
humida, facundum rus ero, crusq; tibi,
PROMISSUM & Sponsum est, SPONSI concumbite læti!
Ite, agite: & vobis progenerate pares!

VOTUM CONCLUDENS.

G Heluck moet u toecomen,
Bruydgom en Bruyt eerbar,
malcander u genomen
heft, wel ghy zyt een paar.
Malcander u niet hatet,
oft twistet met gekyf,
maer lieflyck u omvatet:
een vleesch is Man en VVyf.
Prins Bruydegom. verhaven,
als t' Hooft t' Lichaem regeert;
So met sachtmoedicheden
u Bruyt ook visiteert.
Vrou Bruyt, u Man ge-eert
laet heem, watt he well, vry,
so soud ghy onverseert
altyt leven seer bly.

FIAT! FIAT!

M. GEORG. ANDREAS FABRICIUS

Poët. Coron. Casareus, Imperial. Mulbasi

p. t. Gymnasiariba.





AD SPONSAM

SOROREM UNICAM ET CHARISSIMAM.

CArmina cū tenui mihi venâ & paupere inānent :
gratulor ipse tamen jam tibi, chara Soror.
Gratulor, & meritò quia talem es nacta maritum,
Salvificæ fidei quem pia cura tenet :
qui didicit Themidos, Musarum & Apollinis artes,
& patriam nostram dexteritate regit.
Hic, Pater ipse velit, summi regnator Olympi,
ut tecum peragat secula Neleidis !
Partibus à nostris sic stabit, rura paterna,
& reliquas Patriæ res ratione reget.
Quod restat, facias pulchrâ ipsum prole Parentem ;
Natorum ut Natos post numeretis. Amen !

Gabriel Rhuman Göttingensis.



AD

AMPLISSIMUM ET CLARISS.

DN. SPONSUM.

QVandoq; à minimo Votum proficiscitur ingens,
& pueri possunt fundere ritè preces ;
Carmina nec mea Tu, Sponse ò Clarissime, temnes,
si pueri voto flectitur ipse DEUS.

Hocce

Hocce meum votum est, quia magni muneris orsu,
donavit Sponsam summus J O V A Tibi,
quæ bene morata est, & toto corde fidelis,
quæ simul instructa est divitijs reliquis:
Ut tua sit conjux longum, Teq; ipsa fruatur;
accumulet vobis ut bona cuncta D E U S;
ut Vestras ædes repleat bonitate benignâ;
omnimodè ut Vester sit benedictus ager;
sit sine dissidio domus, & torus haut sine prole.
Quod faxit C H R I S T U S, qui bene cuncta regit!

*Henning. Gotfridus Fabricius,
Gottingensis.*



quod superest;
VEL POTIUS, NE DETUR VACUUM,
M A R T I N A L I A
N U N C

INDICIMUS
SPONSIS
optimis, felicissimis

*cum ipsâ Nuptiarum solemnitate
late hilariterq;
exigenda,*

HOC SEQUENTI
tetrasticho,
è favo TAUBMANNIANO
concinnato :

HOSTIA MARTINI venit ANSER. Et Evius Evan
Phy eleleu eleleu mirima mira trahet,
VOS igitur, **S**PONSIS, Martinam vivite noctem;
addite Martinam, si brevis ista, diem!

TANTUM EST!



Et dominus **et** dominus
omnia **et** via **et** dominus
Et dominus **et** dominus
Et dominus **et** dominus

ne discederet sed expectaret
omne pa

omnis pulchritudo
domini exaltata est in dno

in nubibus celi
Et nomine eius in



AMPLISSI
 D N. JOHA
 J.
 GOTTINGE
 ET
 HONESTISS
 MARIAE-ELIS.
 GOTTING
 SPONSIS
 SALUTEM AC
 Celebrabantur
 I
 N
 PRÆLO AC
 cl

